



**Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Homo tibijs laborans sibi integrè restituitur, implorata virginis ope.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

CAPVT XXXVIII.

ANNO supra millesimum 410. Ioannes Pontanus sartor habitans Gandavum extra domum vrinam faciens in appoplexiam incidit, & quasi sensus & vitæ expers in proprias ædes fuit deportatus. Nihilominus ipso paulò post paululum balbutiente ac voces imperfectas proferente, omnibus annis vitæ suæ sanctè promisit se Camberonam peregrinationis ergo venturum: & ecce subito corroboratus est, sanusq; ac incolumis se vitæ peregrinaturus commisit.

HOMO TIBIIS SUMMOPERE LABORANS sibi integrè restituitur, implorata virginis ope.

CAP. XXXIX.

ANNO 1411. Ioanni Vesonio cuius Tornacensi tantopere dolabant tibiæ, ut is incedere nullatenus valens emitteret voces feminae parturientis non dissimiles. Doloribus hisce acutissimis oppressus cum esset, à Duce Brabantiae cui in arte venandi inserviebat, accepit litteras, quibus illi mandabatur canes leporatios conquirere in locis à Tornaco octo miliaribus distitis. Implorat tum temporis opem gloriosæ Virginis, cuius honor & gloria Camberonæ summis præco-

K

præconijs celebratur: perfecteque sanus con-
surgens confecit postea cundo & redeundo
sexdecim milliana octo horarum spacio.

VNVS A PARALYSI LIBERATVS
alius ad vitam reuocatur, tertius à languore
sanatur per virginem ma-
trem.

CAPVT XL.

Eodem ipso anno puer quidam Goudre-
tensis vnus brachij vsu destitutus, à
benedictæ Virginis inuocationem in integrum
fuit restitutus. In pago Montignoniensi inuenerunt
ta infans quidam editus, ad vitam est reuoca-
tus & in Ecclesia baptisatus. Ioannes Nelspho-
rus complures hunc in finem quadragena
compleuit, vt à quodam languore liber eu-
deret, quo fiebat vt & brachijs & tibijs impo-
rens redderetur: verum nullum infirmitatis
sue expertus est solatium, donec B. Vir-
ginis Camberonensis imploras-
set auxilium.

PVER